AB
154728

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-22390/fragment/page=0001

№ 4118 *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-22390/fragment/page=0002

GOTT D. Prof. Ord. Quart.

N … *us regi*, verum etiam *multa* in eo *à ſolâ* ſta-
n, ſentire cum *Atomiſtis Veteribus*, quod hoc
vetur; ac incertum eſſe puto Mundum hunc
s aſſiſtentibus moveri; nihilo tamen minus ci-
is non quidem Mundi machinam, verùm *So-*
videntiam, Civitates & Reſpublicas Homi-
n, argentum, margaritæ, lapides, & id genus
conſervationem Rerumpublicarum requi-
ab Imaginatione mirum in modum affici,
es *Phanaticos* cum ſuis phantaſiis, quales ſunt
Hartmanni, Gott Belgium fœderatum, *Lugdunum Batavorum*
ſe contulit ſtudi *Dekkerum* abſolvit, audiens quoque ibidem
in Chirurgicis Exc *m* veniens, Anatomiam ibi ſub *Dn. D. Rau*
exercuit, una cu m autem in Belgio Urbes præcipuas luſtraſ-
ſet, ad Nos Ann theſi Diſciplinas, ſub *Excell. Dn. M. Blæſing,*
Math. Prof. Ord a Antequam verò eos capiat, *Lectiones di-*
ctas Curſorias, Ju a, Diebus *Lunæ, Martis & Veneris, de Phan-*
taſiâ Morborum C *& Excellentiſſmi omnium Facultatum Doctores*
atque Profeſſores, gnentur eſt, quod quàm reverenter & quàm
maximè publico it, Anno MDCCIII.

ANO.

B. C. D.

GOTHOFREDUS Sand / Phil. & Med. D. Prof. Ord. Quart. Fac. Med. h. t. Decanus.

NOn aberraſſe mihi videtur à verò, quicunque tandem *Mundum* non ſolum *Opinionibus regi*, verum etiam *multa* in eo *à ſolâ* ſtatuebat *dependere Imaginatione.* Quamvis enim, æquè impium & abſurdum judicem, ſentire cum *Atomiſtis Veteribus*, quod hoc Univerſum caſu, & fortè fortunâ factum abſque Rectore & Providentiâ Divinâ conſervetur; ac incertum eſſe puto Mundum hunc vel ab *Ideis Platonicis* gubernari, vel ab *Ariſtotelis Intelligentiis Peripateticorumq́; Formis aſſiſtentibus* moveri: nihilo tamen minus citra impietatem opinor dici poſſe, *Imaginatione & Opinione ſive metûs ſive amoris Socialis* non quidem Mundi machinam, verùm *Societates hominum incepiſſe & adhuc conſervari.* Opinione ſanè humanâ, poſt Dei Providentiam, Civitates & Reſpublicas Hominum coaluiſſe & contineri hucusque tùm Opiniones Prudentûm, tùm res, ut aurum, argentum, margaritæ, lapides, & id genus alia, quæ ab Opinione tantùm hominum pretium mutuata, tantoperè ad unionem & conſervationem Rerumpublicarum requiruntur, plus ſatis teſtari poterunt. *Microcoſmum* ſeu Hominem Opinionibus regi, & ab Imaginatione mirum in modum affici, norunt, quam optimè Philoſophiæ Naturalis & Medicinæ conſerranei. Non memorabo modò omnes *Phanaticos* cum ſuis phantaſiis, quales ſunt *Melancholici, Hypochondriaci*, qui ſe Reges, vitra, &c. eſſe opinantur, *Lemures, Lycanthropi*, qui lupos ſe eſſe arbitrantur, *Phrenetici, Sagæ, Sortilegi, ſeu Sortiarii*, qui extraordinariâ coetuum Dæmonicorum fabulâ occupati, oblito corpore obdormiunt, & quod ſaltem ſomniarunt ſe malorum geniorum coetui inter fuiſſe, idem etiam vigiles exiſtimant. In iſtis enim omnibus Phantaſiam corruptã partim, partim Satanæ illuſionibus & deceptoriis technis irretitam atque faſcinatam, firmiter mihi imaginor. Neque etiam cum *Avicenna, Avicembrone, Algazale, Marſilio Ficino, Paracelſo, Agrippâ Cœlio Rhodigino*, tantum Imaginationi Hominum audebo tribuere, quod illâ ſolâ *grandines, ventos, nives excitare, ſyderum virtutes à Cœlis depromere, hominem longè remotum, & equo inſidentem dejicere & proſternere, & neſcio quæ non miracula facere poſſint.* Iſta enim omnia non ſolùm maledictam ſuperſtitionem, ſed etiam manifeſtam impietatem teſtantur docentium. Quare ſumma, ut ajunt, manu tantùm attingam effectus & Operationes Imaginationis, quas in Medicina curioſiores annotârunt Medici. Nimirum obſervatum eſt, Imaginationem ſuas exercuiſſe vires & in *Hominis generatione, & Sanitate, & Morbis, & Medicamentorum uſurpatione.* Illa enim non ſolùm inuſitatis ſignatum ſignaturis & nævis, verùm etiam quandoque nobilioribus truncatum mutilatumque partibus producit foetum. Certè Phantaſia, in conceptione non ſolùm brutorum, ſed etiam hominum, maximam habet efficaciam, adeò ut Eidem etiam diſtinctionem Sexuum, multi non fuerint veriti adſcribere. Per illam Æthiops Perſina filium vultu candido, per illam Europæa albiſſima enixa eſt nigerrimâ facie prolem. Sicuti verò abſque Imaginatione nulla acquiri poterit Scientia, *(oportet enim intelligentem ſpeculari phantaſmata)* ita Phantaſia tàm Animam quàm Corpus Hominis, variè afficere ſolet. Imaginatio certè & morbos inducere, & ſanitatem reſtituere poteſt. Hinc, uti non erroneè, cauſa peſtis aliorumque morborum, nonnunquam ab Imaginatione deducitur, ita per *tactum Regum Galliæ & Angliæ*, ſtrumarum, & *per manus mortui*, Verrucarum cura, fortè meritò, ſoli deferri debet Imaginationi. Illa enim ſupplet impedit, promovet, & immutat Medicamentorum operationem. Ab illâ certè ſolâ, etiam *Characteres, amuleta & periapta* quævis efficaciam ſuam ſortiri, aſſeverare non dubitarem, niſi ſub eâ eatenus latitare occultam ſuperſtitionem quandam diabolicam metuerem. Aliquando Confidentia ægri de Medico, plus præſtat quàm Medicina. Quâ verò ratione Phantaſia ſeu Imaginatio, tantas in Microcoſmo poterit creare mutationes? Ego quidem, ut duobus tribusve verbis meam ſupra hac Quæſtione aperiam ſententiam, penitus mihi perſvadeo, Imaginationem ſeu Phantaſiam, nullo alio modo, quam determinatione varioque motu Spirituum, qui aliàs omnium Actionum Naturalium, Vitalium, Animalium, autores eſſe cenſentur ſuas exercere in Homine Operationes. Facilè hactenus allata, exemplis, experientiisque confirmare poſſem, niſi ſcirem hunc laborem ſuſcepiſſe, & plenius ſine dubio tractaturum eſſe *Virum Juvenem Nobiliſſimum, atque Clariſſimum Dominum* CAROLUM JACOBUM Röſer / *Medicinæ hactenus cultorem indefeſſum*, in cujus gratiam hæc pauca, Occaſione Lectionum Curſoriarum præfari volui, qui ſummos in arte Apollineâ Honores, quos à Nobis modeſtiſſimè petiit, conſecuturus, poſtquam in *Tentamine & Examine Rigoroſo*, elapsâ ſeptimanâ cum laude abſoluto, dignum ſe petitione ſuâ, Nobis exhibuiſſet, adeò, ut Eundem iis ornare nulli dubitemus, *Diſputationem* quoque *publicam, & Lectiones vulgò Curſorias, Statutorum Ampliſſimæ Facultatis Medicæ tenore* tenetur prius habere, quàm poſtulatos obtinere honores queat. *Natus* ille eſt *Quedlinburgi, Anno Chriſti 1676. die 20. Decemb. Patre Viro Plurimùm Reverendo Ampliſſimo atq; Doctiſſimo M. Jacobo* Röſer / *Diæceſios Quedlinburgenſis Superintendente, & Paſtore ad ædem S. Benedicti Primario, Conſiſtorii quoque Aſſeſſore graviſſimo, nunc beato. Matre autem Annâ Eliſabethâ, Viri Præ-Nobiliſſimi ac Conſultiſſimi, Domini Johannis Rehtmeieri, ICti, Judicis, ac Senatoris Mindenſis Filiâ* dilectâ, Matronâ Sexus ſui ornatiſſimâ. A laudatis Parentibus, à primâ pueritiâ ſtudiis conſecratus, iisdem primùm domi, deinde in Scholâ publicâ Patriâ, ſedulam navavit operam, ubi etiam fideliſſimâ Informatione *Virorum Clariſſimorum Domini Johannis Jerxii, Dn. M. Danielis Ottonis Kegelii t. t. Con-Rectoris, nunc ad ædem S. Benedicti Diaconi, & Dn. M. Samuelis Schmidii Rectoris* quoque meritiſſimi, fundamenta jecit literaturæ non pœnitenda; poſthac ſvaſu Amicorum, ſolidiorum ſtudiorum causâ, primò *Hildeſienſe Gymnaſium, deinde A. 1694. Jenenſem, tum Anno 1695. Lipſienſem* Academiam ſalutavit, in quibus, primò quidem Philoſoph: & *Jurisprudentiã*, ſed mox mutato conſilio Medicinam tractare conſtituit. Audivit Jenæ Cel. D. Hebenſtreit in Philoſophicis; Lipſiæ *Doctiſſ. D. Düſſeldorf* in Jure, *Exc. Dn. D. & P. Rivinum* in Botanicis, & *Dn. D. Drechſelium*, in Phyſiologicis. Ex Lipſienſi, per *Halam Saxonum, Berolinum, Stetinum, Dantiſcum* ad noſtram venit Academiam, cujus etiam inter Cives *Anno 1696. ſub Magnifico t. t. Rectore, Domino Friderico Deutſch. S. Theol-D. & Prof. Ord. Prim. Concionatore itidem Aulico & Conſiſtorii Sambienſis Aſſeſſore Primario* receptus, ſtatim menſam & Informationem in ſtudio Medico, apud *Excell. Dn. D. & P. George Emmerich* nactus eſt. Sub cujus quoque manuductione, poſtquam omnes partes Medicinæ audiviſſet, publicè *de Morbo Marino navigantibus prima inprimis vice familiari Anno 1700. Eo Præſide* diſputavit. Opponentis munere, aliàs ſæpius functus. Studium Pharmaceuticum Inſterburgi apud Dn. Herring. Pharmacopœum Exercitatum excoluit, inde reverſus, aliorum quoq; Excellentiſſimorum Dn. Profeſſorum, *Lepneri, Starckii Hartmanni, Gottſchedii, Harweckii, Heinrici von Sanden*, Lectiones diligenter frequentavit. Hinc in Belgium fœderatum, *Lugdunum Batavorum* ſe contulit ſtudiorum causâ, ubi etiam *Collegium Caſuale*, ut ajunt, *Privatiſſimum* apud *Excell. Dn. D. Dekkerum* abſolvit, audiens quoque ibidem *in Chirurgicis Excell. D.* Bidloo, & in Botanicis publicè & privatim *Dn. D. Hotton.* Illinc *Amſtelodamum* veniens, Anatomiam ibi ſub *Dn. D. Rau* exercuit, una cum ſtudio Botanico in Horto Medico, Ducibus *Dn. Ruyſchio & Commelino.* Poſtquam autem in Belgio Urbes præcipuas luſtraſſet, ad Nos Anno 1702. rediit, hicque ſtudiis ſuis colophonem impoſiturus, eo fine Principes in Matheſi Diſciplinas, ſub *Excell. Dn. M. Blæſing, Math. Prof. Ord* abſolvit. Atque ita quæſitos optimè meruit Honores, qui Ipſum modò expectant. Antequam verò eos capiat, *Lectiones dictas Curſorias, Juſſu Magnifici Dn. Pro-Rectoris & Ampliſſimi Senatus*, futurâ Deo volente, hebdomadâ, Diebus *Lunæ, Martis & Veneris, de Phantaſiâ Morborum Causâ & Medicinâ* habere & abſolvere ſibi propoſuit: quas ut *Magnificus Dn. Pro-Rector, & Excellentiſſimi omnium Facultatum Doctores atque Profeſſores, & Clariſſimi Magiſtri*, benignè audire, Civesque Academici benevolè frequentare dignentur eſt, quod quàm reverenter & quàm maximè publico privatoque nomine rogo. P. P. Regiomonti Pruſſorum Dominica XVII. Poſt Trinit. Anno M DCCIII.

PRÆLO REUSNERIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-22390/fragment/page=0005

154725
X 2420997
R 1077

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-22390/fragment/page=0006

№ 41
№ 41

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-22390/fragment/page=0007

B. C. D.

GOTHOFREDUS SAYD / Phil. & Med. D. Prof. Ord. Quart. 3

Fac. Med. h. t. Decanus.

NOn aberraſſe mihi videtur à verò, quicunque tandem *Mundum* non ſolum *Opinionibus regi*, verum etiam *multa* in eo *à ſolâ* ſtatuebat *dependere Imaginatione.* Quamvis enim, æquè impium & abſurdum judicem, ſentire cum *Atomiſtis Veteribus*, quod hoc Univerſum caſu, & fortè fortunâ factum absque Rectore & Providentiâ Divinâ conſervetur; ac incertum eſſe puto Mundum hunc vel ab *Ideis Platonicis* gubernari, vel ab *Ariſtotelis Intelligentiis Peripateticorumq́ʒ Formis aſſiſtentibus* moveri; nihilo tamen minus citra impietatem opinor dici poſſe, *Imaginatione & Opinione ſive metûs ſive amoris Socialis* non quidem Mundi machinam, verùm *Societates hominum incepiſſe & adhuc conſervari.* Opinione ſanè humanâ, poſt Dei Providentiam, Civitates & Reſpublicas Hominum coaluiſſe & contineri hucusque tùm Opiniones Prudentûm, tùm res, ut aurum, argentum, margaritæ, lapides, & id genus alia, quæ ab Opinione tantùm hominum pretium mutuata, tantoperè ad unionem & conſervationem Rerumpublicarum requiruntur, plus ſatis teſtari poterunt. *Microcoſmum* ſeu Hominem Opinionibus regi, & ab Imaginatione mirum in modum affici, … Philoſophiæ Naturalis & Medicinæ conſerranei. Non memorabo modò omnes *Phanaticos* cum ſuis phantaſiis, quales ſunt

Hartmanni, Gottſchedii, Harweckii, Heinrici von Sanden, Lectiones diligenter frequentavit. Hinc in Belgium fœderatum, *Lugdunum Batavorum* ſe contulit ſtudiorum causâ, ubi etiam *Collegium Caſuale*, ut ajunt, *Privatiſſimum* apud *Excell. Dn. D. Dekkerum* abſolvit, audiens quoque ibidem *in Chirurgicis Excell. D.* Bidloo, & in Botanicis publicè & privatim *Dn. D. Hotton.* Illinc *Amſtelodamum* veniens, Anatomiam ibi ſub *Dn. D. Rau* exercuit, una cum ſtudio Botanico in Horto Medico, Ducibus *Dn. Ruyſchio & Commelino.* Poſtquam autem in Belgio Urbes præcipuas luſtraſſet, ad Nos Anno 1702. rediit, hicque ſtudiis ſuis colophonem impoſiturus, eo fine Principes in Matheſi Diſciplinas, ſub *Excell. Dn. M. Blæſing, Math. Prof. Ord.* abſolvit. Atque ita quæſitos optimè meruit Honores, qui Ipſum modò expectant. Antequam verò eos capiat, *Lectiones dictas Curſorias, Juſſu Magnifici Dn. Pro-Rectoris & Ampliſſimi Senatus*, futurâ Deo volente, hebdomadâ, Diebus *Lunæ, Martis & Veneris, de Phantaſiâ Morborum Causâ & Medicinâ* habere & abſolvere ſibi propoſuit: quas ut *Magnificus Dn. Pro-Rector, & Excellentiſſimi omnium Facultatum Doctores atque Profeſſores, & Clariſſimi Magiſtri*, benignè audire, Civesque Academici benevolè frequentare dignentur eſt, quod quàm reverenter & quàm … DCCIII.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Farbkarte #13 B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-22390/fragment/page=0008